



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendium Totius Tractatus De S. Matrimonij
Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv**

Sánchez, Tomás

Coloniæ Agrippinæ, 1624

4. Pater.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41559

lius Catechismi patrinum fuisse, puero iã domi baptizato, *l. 7. d. 10. nu. 13.*

18 Parochus assistens matrimonio, in quo est error qualitatis, dans causam matrimonio, non incurrit triennem suspensionem, *l. 7. disp. 18. num. 22.*

19 Parochus assistens matrimonio inter consanguineos, affines, professos, aut sacris initiatos, non incurrit excommunicationem, *l. 7. disp. 48. nu. 4.*

20 Parochus nullo modo potest dispensare in votis non reseruatim Summo Pontifici. Poterit tamen de consuetudine vbi fuerit, in lege ieiunij, in esu carniũ, &c. *lib. 8. disputat. 9. num. 27.*

21 Parochus incapax beneficij ob defectum occultum communiter ignoratum: vel confessor, cuius licetia est irrita ob vitiũ occultũ, vel licentia occulte reuocata est eligibilis per Bullam, *libro. 8. disput. 34. num. 14.*

Pater.

1 Pater non potest iustè impedire sponsalia filij contra eius voluntatem irrita, nisi scandalum magnum sequatur, & malus exitus, *lib. 1. disp. 14. nu. 4.*

2 Pater contrahens secundò, aut mater, potest facere exemplarem substitutionem, & facta antea non expirat, *lib. 7. disp. 88. à nu. 12. vsq. ad 26.*

3 Pater rogatus ab alio restituere hæreditatem filijs, tenetur satisfacere de ea restituenda, *si se-*

si secundam uxorem ducat, *lib. 7. disputat. 88. num. 45.*

Patrinus.

1 Patrini attento iure antiquo, tam in Baptismo, quam in Confirmatione, non poterant esse plures, quam vnus vel vna: attento vero iure nouo, tantum possunt esse duo diuersi sexus, & non possunt esse duo viri, vel due feminae. Et in his non valet dispensatio Episcopi. Transgressio tamen huius praeccepti adhibendo plures patrinos, est solum venialis, attento vtroque iure, *lib. 7. disp. 57. à num. 1. usq. ad 9.*

2 Attento iure antiquo, quotquot baptizatum, vel confirmatum tangebant, contrahabant cognationem spiritualem, modo vero post Trid. minimè, *lib. 7. disput. 57. numer. 4. & 8.*

3 Patrino iuranti se non habuisse intentionem contrahendae paternitatis, non est credendum, *l. 7. disp. 58. nu. 8.*

4 Religiosi quamuis peccent, possunt esse patrini tam in Baptismo, quam in Confirmatione. Et contrahunt cognationem. Similiter Episcopus non insignitus sacramento Confirmationis, quamuis suscipiens in Confirmatione non contrahat, at contrahat confirmans, *lib. 7. disp. 60. nu. 21.*

Peregrinus.

1 Peregrini tenentur legibus loci, in quo sedem constituunt animo habitandi, vel quando di-